

— 2) *Paene eadem verba in alio t. Narbonensi (not. 1), item VIII 9691 = Buecheler arm. epigr. 151.*

**8148** Labeo Thyrso: rogo te, expedi mi hospitium<sup>1</sup>; | nam quod hic ad superos mi dedisti, eiectus sum. | Thyrsus Labeoni: veni; omnia | parata sunt ad me.

*Puteolis in tectorio sepulcri scariphatum (X 2641 vidit Bruzza). — 1) Similes sententiae supra N. 1849; VI 13528 = Buecheler arm. epigr. 1539 v. 4; VI 29642 = Buecheler 1292: pr(a)ecesti hospitium dulce parare tuis; item N. 7535 fin.*

**8149** A. Livius Strato sevir | Augustalis idem q̄q.<sup>1</sup> et Livia | Eutychia uxor fecerunt se vivi | et Liviis Zotico Stratoni Strato|nice et Eutychiano filis suis, et | libertis libertabusque posterisqu[e] eorum, | cessum sibi ab A. Livio Agrippa et C. | Caetranio Primitivo et C. Caetranio | Vitallione. | Strato dicit: amici, hoc at (*sic*) securos<sup>2</sup>.

*Ostia Romam ablata (XIV 580 vidit Henzen). — 1) Cf. supra N. 6156 cet. — 2) Hoc (= huc, cf. Ritschl opp. 4, 242; supra N. 8122, infra N. 8150) ad securos, sc. venietis. Cf. supra N. 7548: v. v. aliquando securus sum (Momms.).*

**8150** v.<sup>1</sup> Ti. Latinius Ti. L. Dorio | e<sup>2</sup> Agrasia T. l. Rufa | hoc<sup>3</sup> mansum veni IIII k. Sept. | P. Sulpicio C. Valgio Rufo | consulibus<sup>4</sup>.

*Romae, nunc Veronae (VI 21158 vidit Mommsen). — 1) Vivus (cf. N. 8072 not. 1). — 2) Cf. supra N. 6965. — 3) Cf. N. 8149 not. 2. — 4) A. u. c. 742.*

**8151** d. m. s. | memorie | Clodi Proc[ess]i. Multis | annis na|vigando | [e]t peregrinan|do hanc sede peti, | hanc quoque | [d]omum aeterna | mihi vius posi et | conigi (*sic*), et hoc es|t quod videtis<sup>1</sup>. A|mici, valete. V. a. | LXXXV. O. t. b. q.

*Sigus Numidiae (VIII 5749. 19146 vidit Schmidt). — 1) Cf. supra N. 8105.*

**8152** XL<sup>1</sup> mensa. | Haec est aeterna | domus et perpetua | felicitas et | de omnibus meis | hoc solum meum: | Aper fidelis | in pace vixit anis LXV, | dep. eius X kl. Sep. a. p. CCCXXI<sup>2</sup>.

*Beni Fuda Mauretaniae (VIII 10927. 20375 vidit Purgold). — 1) Numerus fortasse postea additus. — 2) A. p. C. 560 (cf. supra N. 6876 not. 1).*

**8153** (*larva, corona, larva*) Cn. Pompeius | Euphrosynus | et Iunia Gemella | uxor | ex bonis suis hoc | sibi sumps|erunt.

*Neapoli (X 2861 vidit Mommsen).*

**8154** L. Runnius Pa[p.?] | Cn. f. Pollio | | *Eo*<sup>1</sup> cupidius perpoto in monumento meo, | quod dormiendum et permanendum | heic est mihi.

*Narbone (XII 3102 semel ut videtur descripta saec. XVI). Buecheler arm. epigr. n. 188. — 1) Supplevit Ritschl opp. 4 p. 242.*

**8155** P. Clodius P. f. Ste. Pius, leg. XX[X]<sup>1</sup>. | Dum vixi, vixi quomodo | concedet ingenuum. | Qu[od] comedi et ehibi<sup>2</sup>, tantum meu est.